

ANNO 1748. stituentibus, ut unusquisque suam hac de re sententiam scripto conceptam, suoque sigillo obfirmatam in manus Nostras remittant, volentes omnia huiusmodi iudicia...

Utque nihil Te lateat eorum, quae ad sternendam huiusmodi iudicio tibi notum esse volumus, magnam Nobis semper opinionem fuisse, atque adeo esse de bonae memoriae Cardinali de Aguirre, cuius familiari consuetudine, in juvenili aetate constitutus, olim usi sumus; quemque non minori apud te exultatione esse arbitramur; neque putamus ab Alumnis vestri Ordinis recusatam iri iudicem in causa Mystica Civitatis Dei...

Card. de Aguirre... Sententia... Tom. 24. pag. 51. & pag. 516. & inserta est per extensum in Tom. III. Collectionis iudiciorum, Parisi edita an. 1736. pag. 150. & seq. Quae sane censura quum praefato Cardinali magnopere displicisset, ab eodem impugnata est peculiari scripto, quod exhibitum non fuit, Idemque praeterea scripsit Epistolam unam ad Galliarum Regem, & alteram ad Archiepiscopum Parisiensem; in hac vero, quae data fuit die IV. Augusti anni MDCXCIX, factus est, propositiones in praefato libro a Sorbonica Facultate notatas, prout jacent in versione Gallica, qua usi sunt Praesidentes Theologi, jure, meritoque damnatas fuisse; verumtamen huiusmodi versionem parum fidelem esse contendit. In verba Epistolae relatae in vestro Summario Praelimirii s. 17. num. 8. pag. 214. Nel di cui idioma, de Gallica lingua loquitur, costitudo, ancor lo conxorro in asserire, cha ha no state giustamente censurate da codesta Università. Itaque Cardinalis de Aguirre censuram Sorbonae approbat, versionem libri non approbat; Censura subscribit, relate ad versionem Gallicam, eandemque censuram ideo rejicit, quod versionem illam minus fidelem existimat. Haec autem versio in Gallicum facta est a Patre Croiset Ordinis Vestri Presbytero, quaeque impressa fuit Massiliae eodem Anno, quo prodit in lucem Censura Sorbonicae Facultatis. Atque haec est illa versio, quae in Summario Causae tam magnis elogis in Caelum tollitur. Cardinalis de Aguirre Hispano Croisetum Gallum reprehendit, tamquam in Hispanico idiomate parum versatum. Si quis vero Traductoris Galli partes suscipiens, Cardinalem Hispanum, tamquam Gallicae linguae minus peritum reprehenderet, totum iudicium in incipiti haerere necesse esset. Quare, ut huiusmodi difficultatum involucre tollantur, Nostrae curae erit aliquem invenire in utroque idiomate probe, periticoque versatum, cuius diligentia rei veritatem in claro positam tuto iudicare possimus.

Novimus praeterea, non tibi ignotum esse Opus de Revelationibus, & Visionibus, ab Eusebio Amort Canonico Regulari Lateranensi editum Anno MDCXXXIV, in quo praefata quidem Censura Parisiensis Facultatis reprobat, sed alia, ac diversa objectiones sunt adversus Mysticam Civitatem Dei. Cui novo Censori fuisse respondit doctus quidam Ordinis Vestri Professor Frater Didacus Gonzalez Mattheo Hispanus, qui suas Responsiones Nobis dicatas superiori Anno MDCXXVII. Matrati edidit, Nobisque transmissit. Harum quoque objectionum, & Responsionum examen fieri debet, & a Nobis, Deo adjuvante, fiet, antequam de Mystica Civitate Dei sententiam proferamus, quam nullam in hoc gravissimo iudicio diligentiam supervacaneam fore iudicemus.

Hac erat, quae tibi innoscere volebam. Nunc ea, quae in praefata Congregatione Particulari coram Nobis deliberata fuerunt, in summam colligendo, sequens Decretum, de eisdem Congregationis consilio atque unanimi sensu, edicimus; nempe: Ex haecenus deducis non constare, prout oportet, in casu & ad effectum, de quo agitur, quod Opus inscriptum Mystica Civitate Dei, sit Opus Venerabilis Servae Dei servae Mariae a Jesu de Agreda ex gratia tamen specialis, Postulatoribus indulgeri, ut in Causa Beatificationis, & Canonizationis eiusdem, ad ulteriora procedatur, ita tamen, ut dubium super Virtutibus non

absolvatur, nisi previo iterato novo definitivo Decreto, Pont. aut a Nobis, aut a Nostri Successoribus, praemissis, uti supra, rescriptis praemittendis, dendo; in quo, vel statuatur Opus praedictum non esse Servae Dei, vel, confitendo esse Opus eiusdem, designatur, nihil, vel in eo, vel in aliis Operibus eiusdem Servae Dei, reperiri, quod sit contra Fidem, bonos mores, vel quod sapiat doctrinam aliquam novam, & peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiae, & consuetudine alienam; iuxta praescripta in Decretis Urbani VIII. Tibi, Dilecte Fili, unversoque Ordini tibi commisso, Benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die decima sexta Januarii Millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno VIII.

DE ORDINE XLVII. SERVANDO IN CAUSIS SUPER NULLITATE PROFESSIONIS REGULARES. BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad perpetuam rei memoriam.

SI datam hominibus fidem frangere, conventionesque eas, quae ab humanis legibus robar accipiunt, adimplere, ac violare non licet; multo magis necesse est obligatum Deo mentis propositum immutabiliter servari, Nosque praesertim, ut pote sacrorum Legum custodes a Deo constitutos, oportet earum passionem, quae Divino & Ecclesiastico iure indissolubiles sunt, perpetuam firmitatem, & observantiam asserere. Eam ob rem iam usque ab Anno Incarnationis Dominicae MDCXXII. Pontificatus Nostri II., Apostolicas Literas dedimus, incipientes: Dni miseratione, in Bullario Nostro deinde editas Tom. I. num. 33., quibus certum praescriptum ordinem, in Tribunalibus Ecclesiasticis servandum, quum in ipsis discussi & definiti deberent Causae, in quibus de nullitate alicujus matrimonii contracti ageretur; non eo quidem consilio, ut si quod forte matrimonium cum impedimento aliquo dirimente intum fuisset, de illius nullitate iudicium postulari, aut fieri prohiberemus; sed, ut in hoc gravissimo iudicii genere, in quo de sacro Connubio foderatur, pleniori veritatis elucidationi consuleremus; quaeque iudices, non sine certissima cognitione omnium, quae ad rem maxime conducunt, huiusmodi vinculum ex rationibus insolubile, sententias suis, tamquam irritum ab initio, dissolverent. Cujus quidem Constitutionis utilitas, Deo favente, ad hunc diem aperte comprobatur; quum ex eo tempore, neque tot Causae super praesentia Matrimoniorum nullitate in Tribunalibus pendeat; nec tam frequenter, ut antea, Nobis exhibeantur preces pro obtinendis dispensationibus super Matrimonio rato, & non consummato: dum scilicet aut omnium oculis propositae sunt difficultates paulo quidem majores, sed omnino iustae, quae, ex novo ordine a Nobis statuto, cuilibet superandae se offerent, antequam optatum finem assequatur. Quomodo itaque pro Matrimonii carnalibus a Nobis provisum fuit, ita nunc de spiritualibus animarum nexibus, de Religiosis videlicet utriusque sexus Regularium Professionibus, pari ratione statueri decrevimus: nimirum certam normam ac methodum tradere, quam observare debeant Iudices Ecclesiastici, quoties iudicia super nullitate Professionum in aliquo Ordine Regulari a Sede Apostolica approbata fuerint, eorum ipsis agitari contingat; neque id quidem ad hunc finem, ut aditus intercludatur iis, qui iustis de causis huiusmodi adiones inentare velint, ac postulent, Professionem a se factam ex capite nullitatis, irritum declarari; sed, ut ipsi Iudices rerum veritatem in specie dignoscere, suasque sententias indubis fundamentis innixas proferre valeant; ac ne unquam, ex ignorantia factorum, aliquem decernant solum vinculo, dum is forte, valida solemnium votorum professione emissa, Religio Ordini, cui nomen dedit, re ipsa maneat strictus. Quae ex methodo a Nobis tradenda hunc fructum, similiter obtulerunt speramus, ut & ratiore in posterum in Tribunalibus futurae sint Causae super

Methodus a iudicibus praescribere in causis matrimonialibus. Ex eisdem rationibus statuit novum ordinem praescribere pro iudiciis super nullitate Professionum Regularium.

PONT. A.VIII. praesentia Professionum nullitate; & qui deinceps huiusmodi nullitatis declarationem in foro externo obtinuerint, & consequenter a Religione discesserint, non amplius anxii, aut male tuta conscientia vivant, ac propterea ad Nos, aut ad Officium Penitentiarum Nostrae Apostolicae, ut non semel evenisse novimus, confugerint, occultato (ut moris est) in precibus nomine, fatentes sententiam super Professionis nullitate pravis artibus extortam a se fuisse, decepto iudice, vel per mendaciam in facti expositione adhibita, vel per corruptos Testes, ideoque flagitantes, ut ex gratia, & dispensatione Apostolica, facultas manendi in saeculo ipsis indulgeatur.

Ut autem ordinate procedamus, distinguendum initio est inter Regulares illos, qui intra quinquennium a die factae Professionis, de illius nullitate adionem promoveant; & eos, qui post elapsam quinquennium reclamant. Quod ad priores attinet, celebre est de illis decretum Sacrae Tridentinae Synodi sess. 24. de Regular. cap. 19. in haec verba: Quicumque Regularis praetendat, se per vim & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat, ante aetatem debitam professum fuisse, aut quid simile, voluitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere, sine licentia Superiorum; non audiat, nisi intra quinquennium tantum a die Professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas praetenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario. In quo sane decreto licet in litera Virorum Regularium duntaxat mentio fiat, nihilominus etiam femine Religiosem professae comprehenduntur; quum ex regulis juris, masculinum genus etiam femininum includat, ubi una eademque causa pro feminis aequae, ac pro masculis militat. Quamvis autem Decreti verba facta clara sint, rariis tamen quaestiones circa eorum sensum, ac vim excitatae fuerunt.

Quum etenim ibi sermo duntaxat sit de Regulari Professo, qui suam Professionem nullam fuisse contendat: Quicumque Regularis praetendat se per vim & metum ingressum esse Religionem, &c., nihil vero expresse statuatur de ipsa Religione, cuius aliquando interest alicuius Alumnii sui Professionem irritum declarari; ut si quis, exempli causa, conperiat occultum aliquod impedimentum non revelasse, de quo interrogatus fuerat, adjecta declaratione, quod, eo forsitan existentem, & non patefacto, ipsius admisso in Religione minime rata habenda foret; hinc dubitatum fuit, an in huiusmodi casu solus Superior Regularis sine Ordinario procedere posset, an vero etiam in hac facti specie discutienda esset Causa coram Regulari Superiore simul, & Ordinario Loci. Super quo Congregatio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ad ipsius Concilii Tridentini Interpretationem ab Apostolica Sede deputatorum constanter decrevit, Causas huiusmodi super nullitate Professionis, tam a Regulari Professo, quam a Religione, intra quinquennium in iudicium deductas, & a Superiore Regulari, & ab Ordinario Loci simul cognoscendas esse.

Quum item quinquennium, intra quod admittitur reclamatio adversus Professionem; Sancta Synodus computandum voluerit a die Professionis; cumque potior, atque communior causa, quae pro nullitate Professionis adducitur, in metu consistat; metus autem per totum quinquennium, atque etiam ulterius, aliquando perseveret; quaeritur fuit, an, ubi de metu agitur, initium quinquennii desumendum sit ab ipso die Professionis emissa, an vero a die, quo Professus liberam reclamandi facultatem habere coepit. Eadem vero Congregatio declaravit, in utroque pariter casu, concessum quinquennii tempus a die emissa Professionis esse computandum.

Ad idem pariter quinquennium pertinet alia agitata quaestio, an scilicet praedicti Ordinarius, & Superior Regularis cognoscere possint Causas nullitatis Professionis etiam post ipsum quinquennium, ubi nempe Professus intra illius decursum reclamaverit, sed iudicium prosequi deinde neglexerit, ut nequiverit. Decretum est autem ab eadem Congregatione, coram praefatis Iudicibus a Concilio memoratis agendam esse Causam, etiam post elapsam quinquennium, dummodo factis constet, eam intra praescriptum tempus a reclamante serio intentatam fuisse.

De ipsis autem iudiciis pro huiusmodi Causarum cognitione a Sancta Synodo designatis, per ea verba, coram Superiore suo, & Ordinario, & complures similitur mox sunt quaestiones, quae majori eorumdem Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. II.

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

ANNO 1748. verborum elucidationi causam dederant. Et primo quaesitum fuit, quoniam censendus esset Superior Regularis in casu, & ad effectum, de quo agitur, utrum scilicet Provinciae Rector, an Generalis Ordinis Moderator; Congregatio autem ejusdem Concilii Interpret definitum esse Superiorem localem, nimirum Abbatem, vel Guardianum, sive Priorem, aut alio quocumque nomine nuncupatum Praepositum, vel Rectorem illius Monasterii, aut Cenobii, in quo reclamans Professionem emisit; eum nempe, qui huiusmodi Monasterii, aut Cenobii regimen exercet, quo tempore Causa super nullitate Professionis in iudicium deducitur. Quaeritur item, quoniam Monialium propriis Superior dicendus sit ad effectum iudicandi una cum Ordinario de earum Professionis nullitate. Responsum fuit, quod si agatur de Monialibus Ordinario Loci immediate subiectis, tunc, quum nullus sit eorum Superior Regularis, Iosus Ordinarius iudicat de Professione reclamantium intra quinquennium: Si vero Moniales Regularium regimini subiacent, tunc huiusmodi Causae iudicandae sunt ab Ordinario loci simul, & a Superiore Regulari; ab eo nimirum, cui conceditur esse universum Monasterii regimen, non autem a Confessario Regulari Monialium. Dubitatum est etiam, utrum Superior Regularis jus suum cedere possit Ordinario Loci, eique permittere, ut in huiusmodi Causis solus procedat, & iudicet; Id autem praedicta Congregatio fieri posse negavit; permittit tamen Superiorem Regulari, ut si iudicium adsumere nolit, aut non possit, alium subrogare valeat vel Regularem, vel etiam Ecclesiasticum Saecularem juris Canonici peritum, qui una cum Ordinario iudicis partes exerceat. Denique quaesitum fuit, si forte Ordinarii, & Superioris Regularis iudicia inter se discrepantia extiterint, quodnam ex ipsis praevaleat debeat. At in hoc casu responsum fuit, Causam ipsam ad Apostolicam Sedem iudicium devolutam censei.

Quum vero inter capita nullitatis Professionem Regularem irritantia, unum etiam adnumeretur, si nempe aliquis Professionem emisit in Cenobio ad Novitiorum institutionem minime destinato, in iis tamen locis, in quibus rec. mem. Praedecessor Noster Clemens Papa VIII. Decreta de Regularibus a se edita vim habere mandavit; si quis ex hoc capite Professionem a se factam intra quinquennium impugnare voluerit, aut etiam si Religio intra idem quinquennium postulerit alicuius Professionem ex huiusmodi capite irritam declarari; decretum extat a sed. rec. Urbano Papa VIII. altero Praedecessore Nostro, iustis gravibusque de causis, ac de consilio praefatae Congregationis, Concilii Tridentini Interpretis, editum die v. Januarii anni MDCXXXVI, incipien. Ad occurrendum, quo statutum fuit, huiusmodi Causas ad eandem Congregationem private pertinere. Haec sunt potiora in hoc genere Decreta ex Regestis praedictae Congregationis excerpta, quae licet alias a Praedecessoribus Nostri Romanis Pontificibus Apostolica Auctoritate non semel approbata fuerint, & confirmata; Nos tamen eadem, praesentium Literarum tenore, atque Auctoritate simili, novo approbationis, & confirmationis Nostrae roboris communimus, atque ab omnibus, ad quos spectat, seu respectivo spectabit, in posterum pro regula haberi, ac plenariae executioni demandari precipimus.

Quibus ita constitutis, firmataque pertinentia Causarum, quae intra quinquennium a die Professionis emissa adversus illius validitatem introducuntur; consequens est, ut & ea indicemus, quae de ordine, ac methodo in huiusmodi iudiciis servanda, a Majoribus sapienter constituta sunt; tunc ea proferamus, quae Nos ipsi opportune addenda censuimus, quaeque pari auctoritate, ac praesentium literarum vigore, perperis futuris temporibus servari volumus, & mandamus. Jam de ipsa huiusmodi Causarum introductione notum est decretum ejusdem Concilii Tridentini cit. Sess. 25. cap. 19. de Regular. ut si quis ante habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quancumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tamquam Apostata puniatur, interim vero nullo privilegio sive Religiois iuretur. Ex quo sequitur, Regularem postulantem iudicium fieri de fuae Professionis nullitate, ab ipso iudicii limine repelli, nisi constet eum in Religione sive Claustris morari, & Habitum Regularem retulisse, si ipsum antea deposuerit.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

ANNO 1748. Item pro Monialibus nisi immedie subiectis Ordinario. Superior Regularis ab illis necessitate requiritur ad iudicium. Potest tamen Clericus devolutus ad Sedem Apostolicam.

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam. Ad eandem Sedem pertinentive perlineant Causae devolutae ad Sedem Apostolicam.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

Reclamatio adversus Professionem intra quinquennium quatenus admittatur ex Decreto Concilii Tridentini. Quod Decretum de Clericis Monialibus compendiosum. Et procedit neque in causa adionis factae in parte Religiois.

De probationibus vero, licet non ignoremus, apud

ANNO 1743. Episcopi pro- cedant con- tra infantes vna & me- tum.

potius eius decus, Superiores ipsi contradicentes se se non exhibent, aut etiam aperte suffragentur, ex falsa nimirum opinione, quod Religiosorum Virorum societate indignus censendus sit, quicumque ab eo discedere exoptat; quodque ex inutili Monacho, nullis fortasse Clericis Sæcularibus existere possit. Nonquam enim licitum est iustitiam ad hoc solemnem, & natura sua irrevocabilem, in quo periclitando, una cum Professo, ipsa quoque Religio intervenit.

Ad prædictum finem præterea quam maxime procedat, si & Ecclesiastici Præsules, & Judices, debitas officii sui partes expleant non prætermittant. Ecclesiæ quidem Præsules, si anathemati subiectos declarant omnes & singulos, cuiuscumque qualitatis, conditionis, & dignitatis fuerint, qui Virgines, aut Viri, seu alias quascumque Mulieres invitatis, præterquam in casibus in iure expressis, cogunt ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque Religionis, vel ad emittendam Professionem; iuxta sanctionem Sacre Tridentinæ Synodi Sess. xxv. Cap. 18. de Regular. ubi etiam pænes censuræ statuuntur adversus eos, qui in huiusmodi factis consilium, auxilium, vel favorem deherint; ac si omnes similiter, quotquot ausu fuerint compellere viros ad ingrediendum Religionem, & ad Vota præstanda, iustis gravibusque penis afficiant. Judices vero, si, falso ante omnia deposito præiudicio, quo nonnulli arbitrantur lassissimam viam, quoad fieri potest, aperiendam esse iis, qui inde migrare cupiunt, ubi invito animo commorantur, ad exactam iustitiæ lancem expendunt & numeram, & qualitatem Testium, qui ad comprobendam nullitatem Professionis inducuntur; & vim majorem a minori, metum gravem a levi, debilem a constantiori sexu, interclusam a permissa reclamandi facultate ducunt; aliasque omnes circumstantias sedulo animadvertent, quæ in hoc toto rerum genere ab Auctoribus considerari solent.

Itaque prædictis omnibus, & singulis gravissime denunciamus, districteque præcipimus, ut in cunctis, quæ ad eorum officia pertinent, a iustitiæ tramite, & a præscriptis sibi legibus ne minimum quidem deficiant, ac meminerint omnium, quæcumque gesserint, severissimam sibi rationem tum apud Divinum Iudicem, tum apud homines reddendam fore. Nos vero, si Deo placuerit valetudinem Nobis cum vita servare, non parum operæ conferre intendimus, quo planius, atque facilius de Causis hujus generis ab ipsis in posterum judicari valeat. Siquidem Nobis propositum est cum consilio seclerorum Virorum in Theologica, & Canonica facultate præstantium, nonnullas quaestiones accurate examinare ac dirimere, quæ variis scriptorum opinionibus factæ, & varias species inducentes, iuxta diversas occurrentium casuum circumstantias, accipites atque sollicitas detinere solent Judicantium animos; ut Nobismetipsis in minoribus olim constitutis non semel evenisse meminimus, quum pro munere Secretarii prælatæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, huiusmodi Causas ad regulam Juris exigentias præmanibus haberemus. Eiusmodi sunt, exempli causa, quaestiones: Utrum Professio quamvis initio nulla fuerit, per subsequentes tamen actus convalidetur; quinam sint actus, ex quibus huiusmodi convalidatio, seu ratificatio inducatur; & quid momenti habeat ad hunc effectum susceptio Sacrorum Ordinum ad titulum Religiosa pauperatis. Præterea, si quis forte ante legitimam ætatem ignorans Professionem emisit, & in ea ignorantia per plures annos in Religione permanerit, sequè valide Professum existimans, ea omnia, quæ Professorum sunt, una cum Sacris præstiterit, an hic deinde intelligens, quæ etate Vota emisit, non obstantibus actibus veri Professi a se gestis, adhuc, prælatæ ignorantie præsidio, actionem habeat ad reclamandum adversus Professionem a se factam; an vero talis ignorantia nihil eidem suffragetur, quo minus Professionem initio nullam per subsequentes actus ratam habuisse censetur. Item, an Professus, qui in Professionis actu impedimentum aliquod, sive defectum, occultavit, de quo interrogatus fuit, addita declaratione ad formam Constitutionum, quod scilicet Religio ipsam cum huiusmodi defectu, aut impedimento forsan oc-

De variis quaestionibus in hac inter- ventis occu- rentibus exa- men institue- tur.

cultato admittere non intererat; an, inquam, talis Professus, qui Religioni dolum struxit, eiusmodi commodum ex propria fraude desumere possit, ut validitatem suæ Professionis ex eo capite impugnare valeat. Denique, an ullum vim habere debeat in foro externo ad suadendam Iudici nullitatem Professionis, quod reclamantes Professi adferre sepe non dubitant, se in proferendis Religiosis Votis, mentem servasse alienam a proposito de obligandi. Hæc omnia, aliisque similia in huiusmodi iudiciis frequenter occurrentia, & in utramque partem hæcenus disputata, tum Nostro, tum aliorum, quos, ut supra diximus, in consilium advocaturi sumus, diligenti studio, Deo adjuvante, explanare deliberavimus.

Interim præsentem Literas, cum omnibus & singulis in ipsis decretis, atque statutis, firmas, validas, & efficaces existere, ac perpetuo fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari volumus, & decernimus. Sicque & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, prædictaque S. R. E. Cardinalium Congregationes Generales & Particulares, aliosque ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & S. Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quæcumque præminentiam, auctoritatem, & potestatem fungentes, & fundatos, sublata eis, & eorum culti-ber, quovis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, ubique iudicari, & definiti debere; ac nullum, irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten- tari.

Non obstantibus, tam Causarum forsan ad hunc diem introductarum penitentia, quas quidem causas in quibuscumque statibus, & terminis de præsentibus re-ferantur, iuxta superioris præscripta omnino tractari, iudicari, & definiti debere expresse decernimus; quam Nostra & Cancellaria Apostolica Regula de Jure quæ- sito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universis, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Decretis quoque, & Resolutionibus a præfatis Cardinalium Congregationibus, sive ab Auditorio Rotæ prædicto, aut aliis quibuscumque Iudicibus, & Tribunalibus, alias forsan, & aliter factis, conditis, & emanatis, nec non quibusvis etiam jaramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Privilegiis, Exemptionibus, & Indultis, etiam in corpore juris clausis, & Literis Apostolicis quibusvis Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, & Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet specificis, & in dividua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, & cum quibusvis etiam clausulis & decretis, etiam derogatoriis derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specificis, & in dividua mentio, seu quavis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & exactissime servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, & ad præmissorum effectum, plenissime, & amplissime motu parti derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus insuper, & eadem Auctoritate prædicta mandamus, ut eadem præsentibus, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam prætere- dere valeat, ipsas præsentibus, seu eorum transcripta, ad valvas Ecclesiæ S. Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis Innocentianæ in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, per ali-

PONT. A. VIII.

Transmissis fidei præ- fari sanc- tur.

Clausula pro perpetua præsentium firmitate.

Quibuscum- que in con- trarium non obstantibus.

Summa Pontificie concessionis.

Nullus ritus pro hac Benedictione est præscriptus.

Quæcumque pro alia Benedictione at designatus.

Forma qua aliqui usi sunt, refer- tur.

Publicationi præsentis Constitutionis in Urbe tribuitur vis personalis legitimæ omnes fac- tit.

PONT. A. VIII.

Transmissis fidei præ- fari sanc- tur.

Sancio po- nalis.

Dat. Pontif. anno 1743. die 4. Martii 1743.

aliquem ex Curatoribus Nostri, ut moris est, publica- ri, & affigi, sicque publicatas & affixas, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere & archare, ac si unicuique illorum personaliter intimata, & notificata fuissent.

Utque earundem præsentium transcriptis, seu exem- plis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac Sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confirmationis, Approbationis, Voluntatis, Mandatorum, Statutorum, Decretorum, Derogationum infringere, vel ei ausu temerario contra- re: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnatio- nis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragen- simo septimo, quarto Nonas Martii; Pontificatus No- stri Anno octavo.

D. Card. Passioneus. J. Datarius. VISA DE CURIA. J. C. Boschi. L. Eugenius.

Loco * Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 16. Martii, 1743.

XLVIII. PRÆSCRIBITUR

Ritus impertiendi Pontificiam Benedictionem super Populum, servandus a Regularibus eorum Ordinum, quibus facultas huiusmodi statibus a Sancta Sede indulta fuit.

Deest inscripta, quæ cuilibet Superiori Generali ditorum Ordinum aptata fuit.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EXEMPLIS Prædecessorum nostrorum adducti, nonnullis Familiis Regularium permittimus, ut Fideles, qui statim anni diebus ipsarum Ecclesiæ in- viferent, & indictis pietatis operibus satisfacerent, Indulgentiam Plenariam consequerentur, utque Monasterii Præses, vel alius Sacerdos a Patre Provin- ciali designandus, populo tunc temporis congregato, Summi Pontificis nomine, Benedictionem imper- tiret.

Nullus unquam ritus ad hanc rem peragendam præ- scriptus fuit; quæ quidem extra Urbem solum contin- git, cum Pontifex ipse Romæ Benedictionem populo e- largiatur: etenim is ritus, qui Urbani VIII. Prædeces- soris nostri auctoritate probatus asseritur, atqui post e- ditos nonnullos Romanos Rituales typis impressus fuit, ad eam Benedictionem, de qua verba facimus, minime pertinet; sed illam complectitur, quæ, non pluries, non semel quolibet anno, sed aliqua urgente legitima causa, populis & agris tribui consuevit, & pro qua certus De- legatus Apostolicus semper constituitur, qui Brevi Apo- stolico munitus, potestatem obtinet non solum benedi- cendi populum, sed illum quoque dissolvendi ab omni vinculo Excommunicationis, Suspensionis, Interdicti, & a cæteris Ecclesiasticis Censuris ac penis si quas forte populus imprudens atque ignarus contraxerit, etiam si illæ in Bulla in Cæna Domini continentur.

Cum hæc ita sint, tamen deprehendimus, quem- dam ritum temere, & inconsulto excogitatum esse pro supradicta prima Benedictione Pontificia invoca- ta, quæ aut pluries, aut semel datur quolibet an- no. Quippe simplex Sacerdos in medio Altaris col-

locatus, Ministris circum adstantibus, & sacris indu- mentis ornatis, trinam Benedictionem populo imper- tit, & alia plura gerit, quæ enumerare hoc loco su- pervacaneum existimamus.

E quidem Benedictio super populum solemnitas est: eamque in quacumque Orbis parte Romanus Pontifex elargiri potest: Episcopus autem in sua Dio- cesi, & locis ipsius etiam exemptis, Archiepiscopus in sua Provincia, & locis ejus exemptis, eandem exer- cere valet potestatem. Id constat Clementino Clementis V. in Viennensi Concilio, quod in Decretis Archiepis- copo, de privilegiis, recensetur. Porro Abbatibus e- jusdem Benedictionis super populum tribuenda facultas conceditur in Ecclesiis, quæ ipsis plene subjiciuntur, modo tamen Apostolicum privilegium ad id necessarium obtinuerint; quo sane uti nequeunt, nisi postquam Sacrum solemne, uti Vesperas in Ecclesia peregerint, nam populo in via passim occurrenti benedicere ipsis non licet, nisi id clare in eadem privilegio declararet, uti respondit Alexander IV. in Cap. Abbates, de pri- vilegiis, in sexto.

Simplex ergo Sacerdos nequit Benedictionem super populum elargiri, juxta Can. Ministrare 26. q. 6. Benedictionem quoque super populum in Ecclesia fundare, Præbitero penitus non licebit: quod tamen eidem Sa- cerdoti modo permittitur, postquam Divinam Missæ Sacrificium absolvit. Dictum est, modo permitti: si etenim sacram antiquitatem inquiramus, neque id Pres- bytero licitum olim fuisse cognoscimus, uti Nos ipsi certis documentis ostendimus in nostro Tractatu de Sa- crificio Missæ scilicet. 1. n. 382. qui primo Bononiæ anno 1740. typis editus fuit, ac scilicet. 1. num 291. in eodem Tractatu, qui deinde Latine redditus publicam lucem iterum adspexit Patavii anno 1745. Et siquidem in usu semper fuerit, ut, re Divina perada, populus ab Ecclesia Benedictione dimitteretur, quemadmodum in Can. Missas, de Consecratione dist. 4. continetur; id tamen, non a Sacerdote celebrante, sed vel ab Episco- po, si præsens aderat, vel, si aberat, ab Archiepys- tero ejus jussu præstatur: quo sensu explicatur Decre- talis in Cap. Officium, de Officio Archiepiscopali, ubi inter Archiepiscopalia munera recensetur Benedicere Presbyterales in Ecclesia dare; prout animadvertit Gonzalez in idem Cap. Officium, n. 2. idemque antea plane comprobaverat Saulsy in Pasoplia Sacerdotali pag. 558.

Quibus omnibus subsequens plurium sæculorum contraria prævaluit disciplina, quæ Sacerdoti celebra- nti potestatem fecit Benedictionem super popu- lum in fine Missæ effundendi, ob eam potissimum causam, quam Bellotus recenset in Ritib. Laudu- nensi Ecclesiæ part. 3. pag. 136. num. 9. At, cum Benedictio ad Missæ perfectionem pertinere videtur, si- ne qua fas non est ab incepto Sacro recedere, nec ju- re queat populus ante Benedictionem ipsam egredi, ex præcitata Agateni Synodo, quatenus integre Missæ non interesset quisquam premature recedere; sequi- tur, facultatem cuilibet celebranti concessam esse, privatam illam Benedictionem ad finem Missæ popu- lo ubique locorum imperire. Idem inter Morales Scri- ptores commemorat Quartus ad Rubricas Missalis pag. 386. in Dubiis conscientie.

In Can. Ecce ego, dist. 95. hæc leguntur: Nemo idem statim hinc Episcoporum, invidia diabolica tentationis insu- rus, irascatur in Templo, si Presbyteri interdum ex- horantur plebem, & in Ecclesiis prædicent, si plebi- bus ut scriptum est, benedicant. Si Glossæ idem præ- stemus, illud benedicere declarat Benedictionem, quæ populo traditur a Sacerdote, qui rem Divinam per- ficit, nempe post ea verba: Ite Missa est: quam sane interpretationem Nos minime respiciamus, cum certum habeamus, eundem textum Sancto Hierony- mo non esse tribuendum; quod nonnulli falso puta- verant, quos merito redarguit Theophilus Rayna- us Operum t. 16. pag. 211. sed incerto Auctori, qui inter vivos fortasse tunc agebat, cum Benedictio in fine Missæ inter Benedictiones Presbyterales jam haberetur, usque invaluisse, ut Sacerdos, perado Missæ Sacrificio, populum Benedictione jure suo di- mittat, sine ablit, sive interit Episcopus: ea tamen statuta lege, ut, si interit, & in sua sit Diocesi, ad eum prius se convertat, eique caput inclinet, ve- luti facultatem populo benedicendi postulans; quod ab

ANNO 1743.

Teriam Be- nedictionem impertiendo. De Jure be- nedicendi & quibus com- petat.

Et solum potest in fine Missæ.

Licet olim contraria di- sciplina ob- staret.

Conc. Lau- dancæ hanc tribuit sac- erdoti facul- tatem.

idem statim allegatur.

ANNO ab eodem Sacerdote præmittitur, si Episcopus Mis-
1748. se interit, sed extra suam Diocesim veretur, pro-
ut desumitur ex Rubricis Missalis tit. de Benedictione
in fine Missæ, & Evangelio Sancti Joannis.

Concluditur. Cum jam perspectum sit, quo tempore, & loco
quo tempore, & loco possit, simplex Sacerdos populo possit benedicere, &
Sacerdos benedicere super populum ab ipso imperari licere, nisi jure de-
legato. Hujus naturæ est Benedictio, de qua nunc
agimus, quæ per delegationem Apostolicam cum
unice concedatur, Nosstrum est omnino ritum præ-
scribere, quem inferius pro norma in posterum ser-
vanda subijcimus, quo sane uti volumus, ac decer-
nimus eos Ordines Regulares, sive Mendicantes, sive
non Mendicantes, Monasticos, vel Clericorum Re-
gularium, quibus Nos ipsi, vel Prædecessores nostri,
vel futuri Romani Pontifices, facultatem tribuendæ
populis Benedictionis permisissent.

Admonetur itaque populus de Indulgentia a Se-
de Apostolica concessa, de præceptis operibus pro ea
lucrandis, de die, quo visitanda est Ecclesia, de
hora denique qua datur Pontificia Benedictio; & ad-
monitio hæc fieri possit, quatenus opus sit, etiam
schedis impressis, & consuetis locis palam affixis:
licet etenim id a Prædecessore Nostro Clemente Papa
VIII. fuerit veritum Fratribus Beatæ Mariæ de Mercede
Redemptionis Captivorum; & Fratribus Sanctissimæ Trin-
nitatis Redemptionis pariter Captivorum, in commu-
nicatione Indulgentiarum, & Orationum; ut haberetur
in ejus Constitutione, quæ incipit Cum ad uberes §. 5. &
in alia Constitutione Decret Romanorum Pontificum §. 6. vi-
sum tamen Nobis est, id esse hypotheti inapplicabile;
cum, cæteris prætermis, prædicta communicatio cer-
tum genus personarum, quosdam videlicet, ut pluri-
mum, Confratres, non autem populum univrsam, ut
Indulgentia, & Benedictio, de quibus agitur, comple-
ctatur.

Postquam statuta die & hora populus ad Ecclesiam
convenit, alta voce legantur Apostolica Literæ, seu
Decreta, quibus Indulgentia conceditur, una cum po-
testate Benedictionem Apostolicam super populum effun-
dendi, ut de delegatione audientibus constet; & con-
cesso ex Latino sermone in vulgarem accommodatum
ad populi intelligentiam conversa pronuncietur; popu-
lus ad suorum scelerum detestationem pro brevique ser-
mone excutitur: post quæ Sacerdos, nullis circumad-
stantibus Ministris, stola & Superpelliceo indutus) ut
in Rituali Romano præscribitur, cum agitur de Bene-
dictionibus, quæ extra Missam Presbyteris permittuntur
(ante Altare genuflexus, sequentibus verbis Dei
opem imploret.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui facit celum, & terram.
V. Salvum fac populum tuum Domine.
R. Et benedic hereditati tue.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Deinde stans, sequentem recitat Orationem,

O R E M U S,

Omnipotens, & misericors Deus, da nobis au-
xilium de sancto, & vota populi hujus in hu-
militate cordis veniam peccatorum poscentis, tuam-
que benedictionem præsolantis, & gratiam, clemen-
ter exaudi; dexteram tuam super eum benignus ex-
tende, ac plenitudinem divine benedictionis effunde:
qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem & vitam
consequamur æternam. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Postquam ad cornu Epistolæ accedat, ut in Actis
Ecclesiæ Mediolanensis part. 4. Benedicet in Ecclesia ad
Altare, stans in cornu Epistolæ; & stans in cornu Epi-
stolæ, non trina, hoc est triplici Signo Crucis, sed una
Benedictione, unico videlicet Signo Crucis, benedicat,
preferens alta voce hæc verba.

Benedicat Vos Omnipotens Deus Pater, &
Filius, & Spiritus Sanctus. R. Amen.

Trina siquidem Benedictio Episcopo competit, non
est danda.

Trina benedictio non est danda.

Sacerdoti: cumque nonnulli in fine Missæ trinam ut
supra copissent: consuetudo Clementis VIII. aucto-
ritate sublata est, quemadmodum ostendit Meratus hac
mortali vita nuper defunctus tom. I. pag. 243. Id Nos
etiam advertimus in nostro Tractatu de Sacrificio Missæ,
sect. 1. locis supra indicatis. In Rubrica quoque Missa-
lis hæc habentur: In Missa solemnè Celebrans eadem vo-
ce & modo, quæ in Missa privata, semel tantum be-
nedicit populo. Insuper Cæremoniale Episcoporum tri-
nam Benedictionem ipsis solum tribuendam decernit,
quod eadem Missalis Rubrica confirmatur: Episcopus
autem ter benedicit populo etiam in Missa privata, ut
in Cæremoniali habetur. Postremo Alexander VII. De-
creto, quod die 27. Septemb. 1659. edidit, tem-
pora indicit ac recenset, quibus Abbates usu Ponti-
ficalium præditi, ritu solemnè celebrantes, trinam
Benedictionem impertire possunt: quod isdem penitus
interdicitur, cum rem Divinam privatim faciunt; quod
Nos ipsi indicavimus nostra Institutione 14. §. 4.
n. 19. tom. 2. Bononiensis editionis ratio habeatur,
quæ peracta fuit anno 1735. sin autem eadem Instituti-
ones in Latinam linguam conversas, & Romæ im-
pressas anno 1747. quis inspiciat, idem proferre depre-
hendet Institutione 34. §. 4. in fine pag. 147. Quocirca
non sine animi nostri voluptate Episcopalam legimus ency-
cliam Patris Generalis Conventuarum Ordinis Eremitarum
Sancti Augustini, quibus in nostris Apostolicis
Literis potestas facta est dandi in certis anni Festivita-
tibus Pontificiam Benedictionem, in qua eosdem admo-
net, ut populo benedicant unico Signo Crucis, more
Sacerdotali: quod ipsum si ab aliis etiam factum esset,
querelæ ad Nos delatæ non fuissent de usurpatis hono-
ribus Episcopalibus.

Hac itaque Epistola Encyclica ritum statvimus ac
declaramus, quo Benedictio Papalis in posterum tri-
buetur, eumque notum facimus Ordinem Regularium
Præditi, ut ipsum Regularibus sibi subje-
ctis observandum indicent. Equidem Alexander VII.
Prædecessor Noster usum Pontificalium Abbatibus,
quibus id privilegio convenit, accurate præscribens,
Ordinarius locorum facultatem concegit, ut, si quid
contrarium Abbates commissent, ipsi tanquam Se-
dis Apostolicæ Delegati rem cognoscerent, & cen-
suris etiam, si opus esset, omnem insolentiam com-
pescerent. At Nos aliam viam suscipiendam duci-
mus, præcipientes, ut de illis Regularibus, qui præcri-
ptum a Nobis antea Benedictionis ritum violaverint, Nos
statim certiores efficiant: tunc enim neque infensos in-
vicem Episcopos & Regulares reddimus, nec populis be-
neficium Papalis Benedictionis denegabimus; sed facul-
tatem ejusdem Benedictionis tribuendæ parere recusanti-
bus auferemus, eandem largiemur aliis, qui iusta no-
stra facere non detrahebunt; quæ in re futuros etiam
Romanos Pontifices magnopere hortamur, ut idem
exemplum sequantur. Postremo Tibi, & universo tuo
Ordini Benedictionem Apostolicam impertimur.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem die
xix. Martii MDCCXLVIII. Pontificatus Nostri Anno
octavo.

Dat. Pontif.
Anno VIII.
die 19. Mar-
tii 1748.

SOCIETATI IESU

Tribuitur unus locus inter Consultores Congre-
gationis Sacri Rituum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CONSTANTEM omnium sensum, Pontificio etiam
confirmatum oraculo, Omnipotentem nimirum
Deum, sicut alios alii temporibus sanctos Viros, ita Lu-
thero, ejusdemque temporis Hæretici Sanctum Igna-
tium, & institutum ab eo Societatem obijcisse, adeo
Religiosi ipsius Societatis Alumni luculentissimis tanti
Parentis vestigiis insistentes, per assidua religiosorum
virtutum exempla, & præclara omnium doctrinarum,
ac præsertim sacrarum documenta comprobare pergunt,
ut quemadmodum non mediocre ad gravissimas Catho-
licæ Ecclesiæ rationes saluberrime accurandas, componen-
dosque mores, atque in bonis artibus instituentis Adole-
scen-

Proximium.

Laudat Soc. Iesu.

scen-

PONT.
A. VIII.

BULLARIUM.

PONT. A. VIII. scentes, subfidium conferre satagunt, ita nova Aposto-
lice benignitatis argumenta promereri videantur. Satis
enim superque compertum est univerfis, atque explo-
ratum, quibus per omnia tempora religiosi viris, & Chri-
stiana pietate, & omnium disciplinarum splendore, &
multiplici literarum cognitione, æternæque Christi-
dium salutis zelo commendatissimis, addiditissima huic
Sanctæ Sedi ipsa Jesu Societas locuples adhuc veluti
generosa mater non immerito gloriatur.

Nos sane, qui ea propter semper plurimi fecimus,
atque in suprema hac Sacrosancti Apostolorum Cathedra
plane immerentes per ineffabilem Divinæ Boni-
tatis abundantiam sedentes, majori in honore lauda-
ram Societatem habemus, decet, ut perenni etiam
nostræ charitatis auctoritate Apostolicæ testimonio
eamdem donemus; ne quod aliis Religiosis Ordini-
bus, & Institutis in hac Alma Urbe nostra conspi-
cuis, sive per Romanos Pontifices Prædecessores nos-
tros, sive per Nos ipsos, decus, & ornamentum,
sive honorificentiam nunquam impertitum esse dignoscitur,
eidem Societati Jesu de Orthodoxa Religione beneme-
rentissimæ deesse patiamur.

Qui magna nostrarum Operum volumina de Beati-
ficatione, & Canonizatione Servorum Dei pervolverit,
is intelligit omni procul dubio, quod si in cæteris ex-
pendiendis negotiis insignium hominum opera, & indu-
stria requiritur, in rebus certe per Congregationem
venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium
Sacri Ritibus præpositam expendendis, decidendisque,
major Virorum in omni disciplina versatarum, quibus
ipsa inter alios Ordines, & Instituta Societas memora-
ta abundat, delectus haberi debeat.

Hinc est, quod Nos Motu proprio, ac ex certa
scientia, ac matura deliberatione nostris, deque A-
postolicæ potestatis plenitudine volumus, ac decerni-
mus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus unus
ex ejusdem Societatis Jesu Presbyteris laudatæ Con-
gregationis Cardinalium Sacri Ritibus præpositæ Con-
sultor sit, & habeatur, ut hujus vacatione succedente,
alter dictæ Societatis Presbyter in ipsius locum semper
substituatur.

Esti autem in præsentia Dilectus Filius Hieronymus
Ridolfi sæpeditæ Societatis Presbyter locum unius Con-
sultoris in memorata Congregatione Cardinalium tenet,
tamen, ut Pontificiæ hujusmodi indulgentiæ po-
testatem ipsa Societas Jesu capiat, atque etiam ut pa-
terna grati animi significatione prosequamur Dilectum
Filium Emmanuelem de Azevedo ejusdem Societatis
Presbyterum, qui non solum in quamplurimis sive col-
ligendis, sive adornandis, atque in lucem edendis alio-
rum insignium Virorum operibus de rebus Liturgicis
plurimum tractantibus, sed in antedictis etiam nostris
Voluminibus, aliisque a Nobis compositis, in unum
veluti corpus e duodecim, & amplius Tomis constants
cogendis, & quam calligatissime, splendidissimeque
hic Romæ recudendis maxime intentus, atque in e-
jusdem Sacrorum Rituum Congregationis negotiis ac-
curate expediendis versatus, & instructus, primum
hujusmodi locum quodam veluti merito sibi debitum
vindicat.

Ea propter ipsum Emmanuelem de Azevedo a
quibusvis excommunicationis, suspensionis, & inter-
dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &
pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit,
ad effectum præsentium duntaxat consequendum,
harum seris absolventes, & absolutum fore censetur,
præter memoratum Hieronymum Ridolfi Con-
sultorem, auctoritate, & tenore paribus, eundem
Emmanuelem unum sæpeditæ Sacrorum Rituum Con-
gregationis Consultorem itidem quoad vixerit faci-
mus, constituimus, & deputamus; ita ut uterque in-
simul, quoad ambo etiam in humanis fuerint, ejusdem
Congregationis Consultoris munere fungantur, nec
alterius vacationi in posterum substituantur, sed per
utriusque duntaxat cessum, sive decessum, novus e-
jusmodi Societatis Presbyter Consultoris hujusmodi lo-
cum a Nobis, ut permittitur, dictæ Societatis assigna-
tum tenere debeat.

Decernentes, easdem præsentis Literas semper firmas,
validas, & efficaces existere, & fore, suosque
plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere,
ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quando
Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

cumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in ANNO
præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & de-
legatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores
judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si
secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, dictæque Societatis Jesu etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
quoque, indultis, & consuetudinibus, privilegiis
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis.

Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præ-
sentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac do verbo
ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore
permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus, cæterisque con-
trariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die xxiv. Aprilis MDCCXLVIII.
Pontificatus Nostri Anno VIII.

Cajetanus Amatus.

DE RENOVATIONIBUS

Investiturarum, & aliarum concessionum Bonorum
directi Domini Cameræ Apostolicæ.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

CONCREDITUM Nobis Apostolicæ Sedis patri-
monium non solum pro viribus utiliter admi-
nistrare, sed etiam nulla vice amplitudinis, sive ju-
ris sui parte imminutum servare volentes; vix fieri
posse intelligimus, ut Nobismetipsis consent ad-
ministrations Nostræ rationes, nisi certo provism
extiterit, ut facultas dispendii de Bonis, Domi-
niis, Proprietatibus, & Juribus ipsis Sedis, & Ca-
meræ Apostolicæ, quæ ad Nos duntaxat, & ad Ro-
manum pro tempore Pontificem, & ad Romanum
jure, pertinet, ab aliis quibuscumque, præter No-
stram, & Successorum Nostrorum scientiam, men-
tem, & voluntatem, exerceri minime valeat. Id-
circo perpendentes, quam amplis facultatibus, vel
expressis, vel implicite ab Apostolica Sede instrui, vel
etiam ex usu & consuetudine non fuissent, vel de
rabilibus Fratres Nostræ Sanctæ Ecclesiæ Car-
dinales, qui per temporalem Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Ditionem, ad Bononiæ, Ferrariæ, Emiliae, &
Urbini Legationes regendas, & gubernandas, Lega-
ti de Pontificis Lateræ mitti, eorumque exemplo et-
iam Prælati Præsidentes, qui ad aliquas ex præ-
sentis Provinciis cum facultatibus Legatorum a Lateræ
regendas pariter, & gubernandas aliquando deputati
solent; ne forte ex laxiori facultatum hujusmodi in-
terpretatione, aut ex assertis consuetudinibus abque
Nostræ, & Pontificum Prædecessorum Nostrorum scientia
inductis, in concedendis, aut renovandis Inven-
turiis Bonorum Feudalium, Emphyteuticorum, Li-
vellariorum, seu alio quocumque nomine, & titu-
lo ad directum Dominium, & Proprietatem Came-
ræ Nostræ Apostolicæ pertinentium, aliquid per eos
fieri contingat, quod potestatis eisdem attributæ
fines excedat, atque in ejusdem Cameræ, illiusque
Proprietatum, & Jurium detrimentum vergere pos-
sit; post discussam prius rem in Congregatione Parti-
culari super Oeconomica Status Ecclesiastici admini-
stratione deputata, certos in hoc rerum genere eis
dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Legatis, et
& Prælati Præsidentibus, Provinciis Legationum præ-
satarum respective præpositis, limites; quos ipsi
nullis futuris temporibus prætergredi valeant, etiam
declarando & indulgendo ponere, & designare volentes;
Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura
deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis pleni-
tudine, præsentium Literarum tenore decernimus

Proximium.

Dispositio de
Bonis Came-
ræ Aposto-
licæ private
Romanum
Pontificem
spectat.

ejus tamen
de Lateræ
Legati aliqui
bus faculta-
tibus in hac
parte sunt
instructi.

Ne autem in
usu facultatis
sine exce-
dantur.

Pontifex de-
corrit ac de-
clarat ut in-
fines exce-
dantur.